



BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Saldrá el primero y tercer Jueves de cada mes, ó en algun otro dia, como disponga el Prelado.—Se suscribe únicamente en esta Ciudad y casa de D. Telesforo Oliva, calle de la Rua, núm.º 25, á seis reales cada trimestre dentro y fuera de la Ciudad, franco de porte.—No se venden números sueltos.—Las reclamaciones se dirijirán al *Director del Boletín*, en carta franca que no admitirá sin este requisito.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII


DIVINA PROVIDENTIA PPAE IX

LITTERAE APOSTOLICAE

DE DOGMATICA DEFINITIONE

IMMACULATAE CONCEPTIONIS

VIRGINIS DEIPARAE.



PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ineffabilis Deus, cujus viae misericordia et veritas, cujus voluntas omnipotentia, et cujus sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, cum ab omni aeternitate praeviderit luctuosissimam totius humani generis ruinam ex Adami transgressione derivandam, atque in mysterio a saeculis

abscondito primum suae bonitatis opus decreverit per Verbi incarnationem sacramento occultiore complere, ut contra misericors suum propositum homo diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam non periret, et quod in primo Adamo casurum erat, in secundo feliciter erigeretur, ab initio et ante saecula Unigenito Filio suo matrem, ex qua caro factus in beata temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit, tantoque prae creaturis universis est prosequutus amore, ut in illa una sibi propensissima voluntate complacuerit. Quapropter illam longe ante omnes Angelicos Spiritus, cunctosque Sanctos coelestium omnium charismatum copia de thesauro divinitatis deprompta ita mirifice cumulavit, ut Ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta eam innocentiae et sanctitatis plenitudinem prae se ferret, qua major sub Deo nullatenus intelligitur, et quam praeter Deum nemo assequi cogitando potest. Et quidem decebat omnino, ut perfectissimae sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret, ac vel ab ipsa originalis culpae labe plane immunis amplissimum de antiquo serpente triumphum referret tam venerabilis Mater, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum tamquam seipsum diligit, ita dare disposuit, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris, et Virginis Filius, et quam ipse Filius substantialiter facere sibi Matrem elegit, et de qua Spiritus Sanctus voluit, et operatus est, ut conciperetur et nasceretur ille, de quo ipse procedit.

Quam originalem augustae Virginis innocentiam cum admirabili ejusdem sanctitate, praecelsaque Dei Matris dignitate omnino cohaerentem Catholica Ecclesia, quae a Sancto semper edocta Spiritu columna est ac firmamentum veritatis, tamquam doctrinam pos-

sidens divinitus acceptam, et coelestis revelationis de-
posito comprehensam multiplici continenter ratione,
splendidisque factis magis in dies explicare, propo-
nere, ac fovere nunquam destitit. Hanc enim doctri-
nam ab antiquissimis temporibus vigentem, ac fide-
lium animis penitus insitam, et Sacrorum Antistitum
curis studiisque per catholicum orbem mirifice propa-
gatam ipsa Ecclesia luculentissime significavit, cum
ejusdem Virginis Conceptionem publico fidelium cultui
ac venerationi proponere non dubitavit. Quo illustri
quidem facto ipsius Virginis Conceptionem veluti sin-
gularem, miram, et a reliquorum hominum primor-
diis longissime secretam, et omnino sanctam colen-
dam exhibuit, cum Ecclesia non nisi de Sanctis dies
festos concelebrat. Atque iccirco vel ipsissima verba,
quibus divinae Scripturae de increata sapientia loquun-
tur, ejusque sempiternas origines repraesentant, con-
suevit tum in ecclesiasticis officiis, tum in sacrosancta
Liturgia adhibere, et ad illius Virginis primordia trans-
ferre, quae uno eodemque decreto cum Divinae Sa-
pientiae incarnatione fuerant praestituta.

Quamvis autem haec omnia penes fideles ubique
prope recepta ostendant, quo studio ejusmodi de Im-
maculata Virginis Conceptione doctrinam ipsa quoque
Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum mater, et ma-
gistra fuerit prosequuta, tamen illustria hujus Eccle-
siae facta digna plane sunt, quae nominatim recen-
seantur, cum tanta sit ejusdem Ecclesiae dignitas,
atque auctoritas, quanta illi omnino debetur, quae est
catholicae veritatis et unitatis centrum, in qua solum
inviolabiliter fuit custodita religio, et ex qua tradu-
cem fidei reliquae omnes Ecclesiae mutuuntur oportet.
Itaque eadem Romana Ecclesia nihil potius habuit,
quam eloquentissimis quibusque modis Immaculatam
Virginis Conceptionem, ejusque cultum et doctrinam

asserere, tueri, promovere et vindicare. Quod apertissime planissimeque testantur et declarant tot insignia sane acta Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum, quibus in persona Apostolorum Principis ab ipso Christo Domino divinitus fuit commissa suprema cura atque potestas pascendi agnos et oves, confirmandi fratres, et universam regendi et gubernandi Ecclesiam.

Enimvero Praedecessores Nostri vehementer gloriati sunt Apostolica sua autoritate festum Conceptionis in Romana Ecclesia instituere, ac proprio officio, propriaque Missa, quibus praerogativa immunitatis ab hereditaria labe manifestissime asserebatur, augere, honestare, et cultum jam institutum omni ope promovere, amplificare sive erogatis indulgentiis, sive facultate tributa civitatibus, provinciis, regnisque, ut Deiparam sub titulo Immaculatae Conceptionis patronam sibi deligerent, sive comprobatis Sodalitatibus, Congregationibus, Religiosisque Familiis ad Immaculatae Conceptionis honorem institutis, sive laudibus eorum pietati delatis, qui monasteria, xenodochia, altaria, templa sub Immaculati Conceptus titulo erexerint, aut sacramenti religione interposita Immaculatam Deiparae Conceptionem strenue propugnare sponderint. Insuper summopere laetati sunt decernere Conceptionis festum ab omni Ecclesia esse habendum eodem censu ac numero, quo festum Nativitatis, idemque Conceptionis festum cum octava ab universa Ecclesia celebrandum, et ab omnibus inter ea, quae precepta sunt, sancte colendum, ac Pontificiam Cappellam in Patriarchali Nostra Liberiana Basilica die Virginis Conceptioni sacro quotannis esse perendam. Atque exoptantes in fidelium animis quotidie magis fovere hanc de Immaculata Deiparae Conceptione doctrinam, eorumque pietatem excitare ad ipsam Virgi-

nem sine labe originali conceptam colendam, et venerandam, gavisī sunt quam libentissime facultatem tribuere, ut in Lauretanis Litaniis, et in ipsa Missae praefatione Immaculatus ejusdem Virginis proclamaretur Conceptus, atque adeo lex credendi ipsa supplicandi lege statueretur. Nos porro tantorum Praedecessorum vestigiis inhaerentes non solum quae ab ipsis pientissime sapientissimeque fuerant constituta probavimus, et recipimus, verum etiam memores institutionis Sixti IV proprium de Immaculata Conceptione officium auctoritate Nostra munivimus, illiusque usum universae Ecclesiae laetissimo prorsus animo concessimus.

Quoniam vero quae ad cultum pertinent, intimo plane vinculo cum ejusdem objecto conserta sunt, neque rata et fixa manere possunt, si illud anceps sit, et in ambiguo versetur, iccirco Decessores Nostri Romani Pontifices omni cura Conceptionis cultum amplificantes, illius etiam objectum ac doctrinam declarare, et inculcare impensissime studuerunt. Etenim clare aperteque docuere, festum agi de Virginis Conceptione, atque uti falsam, et ab Ecclesiae mente alienissimam proscripserunt illorum opinionem, qui non Conceptionem ipsam, sed sanctificationem ab Ecclesia coli arbitrarentur et affirmarent. Neque mitius cum iis agendum esse existimarunt, qui ad labefactandam de Immaculata Virginis Conceptione doctrinam excogitato inter primum atque alterum Conceptionis instans et momentum discrimine, asserebant, celebrari quidem Conceptionem, sed non pro primo instanti atque momento. Ipsi namque Praedecessores Nostri suarum partium esse duxerunt, et beatissimae Virginis Conceptionis festum, et Conceptionem pro primo instanti tamquam verum cultus objectum omni studio tueri ac propugnare. Hinc decretoria plane ver-

ba, quibus Alexander VII Deccessor Noster sinceram Ecclesiae mentem declaravit inquiring: «Sane vetus est Christifidelium erga ejus beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas sentientium, ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis praeservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemniter colentium, et celebrantium (*).»

Atque illud in primis solemne quoque fuit iisdem Deccessoribus Nostris doctrinam de Immaculata Dei Matris Conceptione sartam tectamque omni cura, studio et contentione tueri. Etenim non solum nullatenus passi sunt, ipsam doctrinam quovis modo a quopiam notari, atque traduci, verum etiam longe ulterius progressi perspicuis declarationibus, iteratisque vicibus edixerunt, doctrinam, qua Immaculatam Virginis Conceptionem profiteamur, esse, suoque merito haberi cum ecclesiastico cultu plane consonam, eamque veterem, ac prope universalem et ejusmodi, quam Romana Ecclesia sibi fovendam, tuendamque suscepit, atque omnino dignam, quae in sacra ipsa Liturgia, solemnibusque precibus usurparetur. Neque his contenti, ut ipsa de Immaculato Virginis Conceptu doctrina inviolata persisteret, opinionem huic doctrinae adversam sive publice, sive privatim defendi posse severissime prohibuere, eamque multiplici veluti vulnere confectam esse voluerunt.

Quibus repetitis luculentissimisque declarationibus, ne inanes viderentur, adjecere sanctionem: quae omnia laudatus Praedecessor Noster Alexander VII his verbis est complexus.

(*) Alexander VII Const. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, VIII Decembris 1661.

• Nos considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia
• de intemeratae semper Virginis Mariae Conceptione
• festum solemniter celebrat, et speciale ac proprium
• super hoc officium olim ordinavit juxta piam, devo-
• tam, et laudabilem institutionem, quae a Sixto IV
• Praedecessore Nostro tunc emanavit; volentesque
• laudabili huic pietati et devotioni, et festo, ac cul-
• tui secundum illam exhibito, in Ecclesia Romana
• post ipsius cultus institutionem nunquam immutato,
• Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum
• exemplo, favere nec non tueri pietatem, et devotio-
• nem hanc colendi, et celebrandi Beatissimam Virgi-
• nem, praeveniente scilicet Spiritus Sancti gratia, a
• peccato originali praeservatam, cupientesque in
• Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, se-
• datis offensionibus, et jurgiis, amotisque scandalis
• conservare: ad praefatorum Episcoporum cum Ec-
• clesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis,
• ejusque Regnorum oblatam Nobis instantiam, ac
• preces; Constitutiones, et Decreta, a Romanis Pon-
• tificibus Praedecessoribus Nostris, et praecipue a Six-
• to IV, Paulo V et Gregorio XV edita in favorem sen-
• tentiae asserentis, Animam Beatae Mariae Virginis
• in sui creatione, et in corpus infusione, Spiritu San-
• cti gratia donatam; et a peccato originali praeserva-
• tam fuisse, nec non et in favorem festi, et cultus
• Conceptionis ejusdem Virginis Deiparae secundum
• piam istam sententiam, ut praefertur, exhibiti, in-
• novamus et sub censuris, et poenis in eisdem Con-
• stitutionibus contentis, observari mandamus.

• Et insuper omnes et singulos, qui praefatas Cons-
• titutiones, seu decreta ita pergent interpretari, ut fa-
• vorem per illas dictae sententiae, et festo seu cul-
• tui secundum illam exhibito, frustrentur, vel qui
• hanc eandem sententiam, festum seu cultum in dis-

»putationem revocare, aut contra ea quoquo modo di-
»recte, vel indirecte aut quovis praetextu, etiam de-
»finibilitatis ejus examinandae, sive Sacram Scriptu-
»ram, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi
»vel interpretandi, denique alio quovis praetextu seu
»occasione, scripto seu voce loqui, concionari, tra-
»ctare, disputare, contra ea quidquam determinando,
aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, et
»insoluta reliquendo, aut alio quovis inexcogitabili mo-
»do disserendo ausi fuerint: praeter poenas et censu-
»ras in Constitutionibus Sixti IV contentas, quibus illos
»subjacere volumus, et per praesentes subijcimus.
»etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, et
»interpretandi facultate, ac voce activa, et passiva in
»quibuscumque electionibus, eo ipso absque alia decla-
»ratione privatos esse volumus; nec non ad concionan-
»dum, publice legendum, docendum, et interpretan-
»dum perpetuae inhabilitatis poenas ipso facto incur-
»rere absque alia declaratione; a quibus poenis non-
»nisi a Nobis ipsis, vel a Succesoribus Nostris Roma-
»nis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari pos-
»sint, necnon eosdem aliis poenis, nostro et eorum-
»dem Romanorum Pontificum Succesorum Nostrorum
»arbitrio infligendis, pariter subjacere volumus, prout
»subijcimus per praesentes, innovantes Pauli V et
»Gregorii XV superius memoratas Constitutiones sive
»Decreta.

»Ac libros, in quibus praefata sententia, festum,
»seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut
»contra eam quomodocumque, ut supra, aliquid scri-
»bitur aut legitur, seu locutiones, conciones, tracta-
»tus, et disputationes contra eadem continentur, post
»Pauli V supra laudatum Decretum edita, aut in po-
»sterum quomodolibet edenda, prohibemus sub poe-
»nis et censuris in Indice librorum prohibitorum con-


»tentis, et ipso facto absque alia declaratione pro expressa prohibitis haberi volumus et mandamus.»

Omnes autem norunt quanto studio haec de Immaculata Deiparae Virginis Conceptione doctrina a expectatissimis Religiosis Familiis, et celebrioribus Theologicis Academiis ac praestantissimis rerum divinarum scientia Doctoribus fuerit tradita, asserta ac propugnata. Omnes pariter norunt quantopere solliciti fuerint Sacrorum Antistites vel in ipsis ecclesiasticis conventibus palam publiceque profiteri, sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam ob praevisa Christi Domini Redemptoris merita nunquam originali subjacuisse peccato, sed praeservatam omnino fuisse ab originis labe, et iccirco sublimiori modo redemptam. Quibus illud profecto gravissimum, et omnino maximum accedit, ipsam quoque Tridentinam Synodum, cum dogmaticum de peccato originali ederet decretum, quo juxta sacrarum Scripturarum, sanctorumque Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia statuit, ac definivit, omnes homines nasci originali culpa infectos, tamen solemniter declarase non esse suae intentionis in decreto ipso, tantaque definitionis amplitudine comprehendere Beatam, et Immaculatam Virginem Dei Genitricem Mariam. Hac enim declaratione Tridentini Patres, ipsam Beatissimam Virginem ab originali labe solutam pro rerum temporumque adjunctis satis innuerunt, atque adeo perspicue significarunt, nihil ex divinis litteris, nihil ex traditione, Patrumque auctoritate rite afferri posse, quod tantae Virginis praerogativae quovis modo refragetur.

Et re quidem vera hanc de Immaculata Beatissimae Virginis Conceptione doctrinam quotidie magis gravissimo Ecclesiae sensu, magisterio, studio, scientia, ac sapientia tam splendide explicatam, declaratam, confirmatam, et apud omnes catholicos orbis po-

palos, ac nationes mirandum in modum propagatam; in ipsa Ecclesia semper extitisse veluti a majoribus acceptam, ac revelatae doctrinae caractere insignitam illustria venerandae antiquitatis Ecclesiae orientalis et occidentalis monumenta validissime testantur. Christi enim Ecclesia sedula depositorum apud se dogmatum custos, et vindex nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, sed omni industria vetera fideliter, sapienterque tractando si qua antiquitus informata sunt, et Patrum fides sevit, ita limare, expolire studet, ut prisca illa coelestis doctrinae dogmata accipiant evidentiam, lucem, distinctionem, sed retineant plenitudinem, integritatem, proprietatem, ac in suo tantum genere crescant, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia.

(Prosequetur.)



MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

NEGOCIOS ECLESIASTICOS.

Circular.

ILMO. SR,

Habiéndose suscitado algunas dudas respecto á si los Prebendados que pasan á otras iglesias por ascenso ó traslacion deben sacar nuevo titulo y sufrir otro descuento en su asignacion, S. M. la Reina (q. D. g.), conformándose con el parecer de la Cámara del Real Patronato, Direccion de Contabilidad, y Cancillería de este Ministerio, se ha servido resolver lo siguiente:

1.º Los Prebendados que pasen de unas iglesias á otras por traslacion á Beneficio igual en categoria y asignacion, no deben sufrir descuento alguno ni

sacar nuevo título para tomar la posesion y canónica institucion.

2.º Cuando la traslacion sea por ascenso en la Dignidad, y lo mismo si este se verifica en la misma Iglesia, deben obtener nuevo título: pero no sufrirán descuento alguno si la nueva prebenda es de igual asignacion.

3.º Si el ascenso es á prebenda de mayor dotacion deben sacar nuevo título y sufrir el descuento de una mensualidad, pero solo por la diferencia que resulte entre la antigua y nueva asignacion.

4.º Si el que ha de ser trasladado no hubiere concluido de satisfacer el descuento correspondiente á su anterior prebenda, continuará sufriendolo en la diócesis á que pase, hasta su completo pago.

De Real orden lo digo á V. I. para su inteligencia y efectos consiguientes. Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 31 de Mayo de 1855. =Aguirre.= Señor Obispo de Salamanca.



A consecuencia del primer parte dado por S. E. I. con motivo de la aparicion del Cólera morbus en Ledesma y otros pueblos, S. M. se ha dignado mandar se den las gracias en su Real nombre al Clero de esta Diócesis, como se vé por la comunicacion que sigue, y que para satisfaccion del mismo se publica. S. E. tambien se las dá por su parte á todos los Eclesiásticos, como lo ha hecho ya á los Presbíteros que destinó al servicio de los Hospitales de esta Ciudad, y son D. Manuel Molino, D. Pedro Sanchez, D. Juan Sanchez Calzada, D. Manuel Gonzalez, D. Mena Rincon y D. Antonio Gonzalez, Rector de la casa Hospicio.

Hé aquí la Real orden.—Ilmo. Sr.—En vista de la comunicacion de V. I., fecha 24 de Abril último, en que manifiesta el buen comportamiento en general de todo el Clero de esa Diócesis con motivo de la invasion del Cólera morbo, y particularmente del Párroco de Santa Elena D. Gaspar Andres Caballero, cuya feligresía ha sufrido mas, acudiendo á todas partes y á todas horas sin admitir cooperacion alguna, S. M. la Reina (q. D. g.) se ha servido mandar que V. I. dé á todos las gracias en su Real nombre, y formando el oportuno espediente en que consten las circunstancias del mencionado Párroco lo proponga para lo que juzgue conveniente.—Dios etc.

SECRETARÍA DE CÁMARA.

Circular núm. 27.

La falta de uniformidad que se advierte y aun la forma inconveniente en que llegan algunas comunicaciones, solicitudes, informes y otros documentos oficiales, aumentan las dificultades naturales que ofrecen los negocios para su despacho. Enterado de todo S. E. I. el Obispo mi Sr. se ha servido acordar las siguientes reglas, que observarán todas las personas subordinadas á su autoridad, las cuales procurarán ademas instruir de su contexto á los estraños, para evitarles el retraso que en caso contrario pueden experimentar en la resolucion de sus asuntos.

1.^a Toda comunicacion oficial que se dirija á S. E. I., ó á cualquiera de sus dependencias, se entenderá en papel de tamaño del cuarto común y á medio márgen.

2.ª La cabeza del márgen blanco se membretará en esta forma:

Parroquia de. . . . (su advocacion).

de. . . . (el pueblo).

Arciprestazgo de. . . . (el que fuere).

Si la Parroquia es de esta Ciudad bastará poner

Parroquia de. . . . (la advocacion que tenga)

Y cuando la comunicacion venga de un Arcipreste, solo pondrá

Arciprestazgo de. . . . (su denominacion).

3.ª La peticion que para su despacho final exija alguna diligencia prévia, se estenderá en forma de solicitud, en pliego entero del papel sellado correspondiente, y con un márgen blanco de la tercera parte del ancho, membretada en cada caso como expresa la regla anterior. Por la orilla de este márgen se le doblará otro pequeño de un dedo de ancho, que ha de quedar blanco por ambas caras, puesto que por él se unirá al espediente de que forme parte.

4.ª Si la solicitud ó comunicacion carece de membrete por ser de persona estraña á esta jurisdiccion, que tal vez ignora el inconveniente que de ello resultará el Sr. Arcipreste ó Párroco á cuyas manos llegue primero, la membretará como deba serlo.

5.ª A toda solicitud acompañarán siempre los antecedentes que existan en poder del que la haga. Cuando este crea que existen en Secretaria, lo manifestará así, pero no por eso dejará de referir cuanto sepa de ellos y sea conducente á la peticion que hace, por si el transcurso del tiempo ú otra causa impide tenerlos de nuevo á la vista.

6.ª Por idéntica razon cuando hay antecedentes de un asunto sobre que se pide informe, no se limitará la persona que lo evacue á referirse á ellos, sino que manifestará todo lo que de los mismos supiere.

7.^a Se recuerda la observancia de la instrucción 7.^a, contenida en la circular de 13 de Abril de 1853, reproducida en el tomo 1.^o del Boletín, folio 94 y siguientes; y quedan todos prevenidos, que careciendo una pretension del informe del respectivo Arcipreste, no se le dará curso hasta que por parte del interesado se haya observado esta formalidad.

8.^a La persona que tenga negocios pendientes en esta Secretaría cuidará de comisionar otra que los recoja despachados, á no ser que prefiera recibir los documentos por el correo, en cuyo caso lo manifestará así desde el principio.

9.^a Ningun documento oficial se encabezará al nombre de la persona á quien se dirige, sino al de su dignidad ó destino.

10.^a La escasa comunicacion directa que hay entre algunas cabezas de Arciprestazgo y esta Ciudad, hace difícil la remision de los encargos que no puede llevar el correo; así pues todos los Sres. Arciprestes enviarán á esta Secretaría, con escrito suyo persona que acrediten para llevar aquellos encargos, y con las cuales se arreglará este servicio para lo futuro. Salamanca y Junio 18 de 1855.—*Dr. D. Marcial de Avila*, Canónigo Srio.

EDICTO.

Debiendo salir próximamente S. E. I. el Obispo mi Sr. á hacer la Santa Pastoral Visita de las Iglesias cabezas de Arciprestazgo, escepto las de Linares, Sequeros y la Valdobra que ya están visitadas, los Señores Curas y encargados de aquellas dispondrán todo lo conveniente, segun prescriben el Ritual Romano y su apéndice sacado del manual de Toledo, asi como

el edicto y formulario de 28 de Mayo de 1854. (1)
Se renueva la prohibicion contenida en la declaracion
décima del citado Edicto.

Tan luego como cada Párroco reciba el aviso del
dia en que debe llegar S. E., segun el itinerario que
oportunamente se circulará, amonestarán á los fieles
para que se dispongan por medio de la Confesion Sa-
cramental para recibir de mano de su Pastor la Sa-
grada Comunión, á que seguirá la Bendicion Papal
con Indulgencia plenaria en los pueblos que son ca-
beza de partido judicial. Los mismos Párrocos prove-
erán á los confirmandos, y si estos fueren pequeños, á
las personas que hayan de presentarlos en el acto de
la confirmacion, de una cédula que exprese claramen-
te el nombre y edad del confirmando, y si es adulto,
su estado, los nombres de sus Pades y del Padrino
ó Madrina. Nunca incluirán en una misma papeleta
dos confirmandos, aunque sean hermanos; y se re-
cuerdan las siguientes prescripciones del Pontifical
Romano, que tendrán presente al estenderlas.

Ninguno ya Confirmado puede volver á confirmarse.

No puede ser Padrino el que no está Confirmado.

Tampoco deben serlo, ni menos podrán recibir la
Confirmacion, los que esten excomulgados ó entredi-
chos, los reos de graves crímenes, ni los que ignoren
los rudimentos de la doctrina cristiana.

Los adultos deben prepararse con el Sacramento
de la Penitencia.

En atencion al gran número de personas que de-
berán confirmarse y á la dificultad de encontrar dis-
tintos Padrinos para cada una, se permite en esta
ocasion que haya un solo Padrino para todos los va-
rones y una Madrina para todas las hembras, con tal

(1) Tomo 1.º de este Boletín páginas 477 y siguientes.

que no lo hayan sido para el Bautismo de los mismos confirmandos, ó tengan con ellos algun impedimento de los espresados anteriormente.

Antes de empezar el acto de la Confirmacion, se cerrarán las puertas de la Iglesia, y sus llaves estarán en poder del Secretario de la Visita. Asi como luego que se haya concluido y con sujecion á lo prevenido en la instruccion 30.^a y formularios 7 ú 8 de las circulares sobre los libros Parroquiales (1), se estenderá la oportuna partida que será presentada á S. E. por si gusta autorizarla.

Salamanca y Junio 18 de 1855.—*Dr. D. Marcial de Avila*, Canónigo Secretario.

AVISOS.

1.º Segun las órdenes recibidas y el ingreso que hay en la Administracion Diocesana, en los primeros dias del mes próximo deberá abrirse el pago de las asignaciones para el Culto y Clero, por el primer trimestre de este año, en la oficina establecida en el piso bajo del Palacio Episcopal.

2.º Estando ya encuadernados los ejemplares del Tomo 1.º de este Boletin, los Sres. Curas de las Iglesias á que pertenecen, cuidarán de mandarlos recoger, satisfaciendo los tres rs. de su costo, y de conservarlos en el archivo parroquial, puesto que son personalmente responsables de ellos.

3.º Han fallecido los Presbíteros D. Cipriano Palomero, Ecónomo de la Parroquial de San Pedro, de Pedrosillo de Alba, y D. Teodoro Montero, que lo era de la de Santiago, de Aldealengua; recomendamos á todos que rueguen á Dios nuestro Señor por el eterno descanso de sus almas. Salamanca y Junio 19 de 1855.—*Dr. Avila*, Canónigo Srío.

(1) Tomo 1.º de este Boletin, páginas 253, 271 y 272.